60. Tract: 4. De Actibus Humanis. Disp. 3.

e libro de perfectione iustitiae cap. 4 to, victâ vitio in quod cecidit voluntate, caruit libertate naturali, quod non Resp. S. August.

n intendere per peccatum Adam perditam fuisse naturalem hominis

libertatem, sed facultatem ad bene agendum expeditam, seu facilitatem

bene agendi et peccati vitandi possibilitatem, quam illa habuit per gratiam, quam

peccato primi parentis perdidimus. Videatur l. 1. contra duas Epistolas

Pelagianorum. c. 2. item l. 2. c. 5. Unde sciendum vocem

Vox liberi in duplici sensu accipitur à S. Augustino. liberi à S. Aug. dupliciter sumi. 1º pro naturali facultate eligendi

utrumlibet, positis omnibus ad id prerequisitis, et hoc modo usurpat

illam in libris, quos scripsit contra Manichaeos, qui naturalem facultatem

negabant, hominemque subjiciebant malo principio. 2do pro eâdem facultate

cultate ut instructa et munita iisdem omnibus prerequisitis, inter

quae per gratiam ad abstinendum à peccato, vel ad bene operandum

utiliter ad vitam aeternam: et hoc modo usurpat illam scribens contra

Pelagianos, qui dicebant vires libero arbitrio naturales, tales esse atque

potentes, et expeditas, ut possit sine auxilio gratiae bene operari

et à peccato abstinere. in hoc posteriori sensu sumitur in

textibus objectis contra libertatem.

Objiciendo 2do S. Doctor mellifluus Bernardus serm.

81. in Cant: affirmat quod voluntas ex voleris mutata ipsa sibi

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII6_2/0078
gefördert durch Baden-Württemberg